

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Doctrina siue doctor i  
cum fonte primo

Ante uita quam doctrina querenda est.  
Vita bona sine doctrina graciam habet;  
doctrina sine uita integritatem non habet.

Ambrosius super Beati immaculati.

ante enim uita quam doctrina quaerenda est.  
uita enim bona et sine doctrina habet gratiam,  
doctrina sine uita integritatem non habet;  
in maliuolam etenim animam non cadet sapientia.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*,  
1.2 (CSEL 62, M. Petschenig ed., p.5, ll.15-18).